



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac
Limitationibvs**

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla XCVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

1. **Limita primo** vltima r^{ip}am. vt non procedat in citatione, de nouo reiteranda propter nullitatem p^ontis: quia vbi prima citatio fit facta auctoritate iudicis, licet nulliter ex alia causa, poterit per nuntium alia de nouo fieri sine alia auctoritate. Ita tenet Roma. in l. qui per salutem. ff. de iureiur. per tex. ibi facit tex. in c. ex lit^ois. de offi. deleg. quem sequitur Iaf. in d. l. qui per salutem. nu. 4.

2. **Secundo limita**, quando aliqua causae cognitio requiritur in citatione, alias secus, vnde simplex citatio ad comparandum potest fieri per nuntium absque alia speciali commissione iudicis. Ita tenet Phil. Dec. in d. c. j. de iudi. in 2. l. et. nu. 95. vbi dicit, quod ita Flor^ontiae practatur, & ibi Aret. nu. 11. Bal. in l. si quando nume. 12. C. de testib. Philip. Franc. in c. cum parati. nume. 4. de appellatio. Iaf. in §. quadrupli. nume. 35. Institu. de actio. Quod notabi. declarat Sebastianus. Vanus. vbi tenet hanc opinionem, in tractatu de nullitatibus sententiarum rubi 12. de nullitate ex defectu citationis nume. 38. pag. 254.

REGVLA XCVIII.

CLERICI non habentes curam animarum, sed beneficia similia, non tenentur ire ad Synodum episcopi. Hanc regulam ponit glo. & ibi Card. in 2. nota. nu. 1. & Abb. in j. notabi. Felin. nu. 2. in c. quod super his. de maiori. & obed. Hanc opinionem sequitur Henr. Both. in tracta. de Synodo episcopi, in 2. par. nu. 18.

1. **Limita primo** quando episcopus aliquid vellet statuere concernens totum clerum, vel procedere ad reformationem morum. Ita Abb. post Io. And. & Host. in d. notab. j. quos sequitur Hen. Both. in d. 2. par. nu. 17. & 20.

2. **Secundo limita**, quando episcopus in sua Synodo notificaturus & publicaturus est statuta, & ita in Synodo provinciali seu archiepiscopali, vt in c. si. ibi. diaconos, & clericos. 18. dist. & ibi hoc tenet Vgurius, & vterq; Card. pro quo facit, quia tunc etiam laici tenentur venire: secundum Archid. in d. c. si. & Abb. in d. j. notab. quos sequitur Henr. Both. in d. ij. par. nu. 3.

REGVLA XCIX.

CLERICVM percutiens est excommunicatus, & non nisi a Romano Pontifice debet absolui. Hanc regulam probat text. in c. si quis suadere. xvij. q. 4. & in c. j. & in c. non dubium. & in c. ex tenore. de senten. excō. in c. religioso eo. ti. si. vj. De iure regio text. in l. 3. tit. 6. par. j. Hanc regu. ponit Nico. Plotius in tracta. de excom. in prin. nu. 23. vsque ad si. vbi eam limitat 14. modis. eandē regulam ēr cum alijs. 14. limitat. ponit Io. de Lignano in trac. de censura ecclesiastica. §. 6. nu. 1. Alias 14. limita. ad hanc reg. ponit tex. in l. 3. tit. 9. par. j. & x. limitatio ponit gl. in d. c. si quis suadente. in ver.